



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o. ij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

lia et eternis effectibus apprehendant. Per. **Sanctorum martirorum. xv. octo. fer. sicut d. mar.**

**O**mnipotens sempiternus deus qui per gloriosa bella certaminis immortalitatis triumphum martiribus contulisti da cordibus nostris dignas pro eorum commemoratione letitiam: ut quorum pro cunctis pio amore complectimur eorum precibus adiuuemur. Per dominum.

**Galli. xvi. octo. fer. sicut de confessoribus non ponti. Col.**

**S**ancti galli confessoris tui domine supplicationibus tribue nos foueri ut cuius venerabilem solennitatem preuenimus obsequio eius intercessionibus commendemur et meritis. per. **In crastino galli habent non uen lectores de seculo lullo archiepiscopo magnum. de communi confessorum. Collec. sicut siluestri Luce euangeliste. xviii. octob. In primis. ps. ps. fer. cum suis anti. Hymni. et p. d. apo. Ca.**

**S**imilitudo vultus quatuor animalium facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quatuor. facies autem bouis a sinistris ipsorum quatuor. et facies aquile desuper ipsorum quatuor. Deo gratias. **¶ Et capitulum**

**S**alutat vos lucas medicus filius meus charissimus cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. **R. Qui sunt hi. de apt.**

**¶ Virtute multa. Reque i. historia sancti Bernhadi. Super mag. anti. Ecce ego iohannes**

**vidi ostium apertum in celo: et ecce sedes posita erat in ea: et in medio sedis et in circuitu eius quatuor animalia plena oculis ante et retro. et dabant gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum uiuenti in secula seculorum. Interueniat pro Collea. rui. nobis quesumus domine factus tuus lucas euangelista: qui crucis mortificatione iugiter in suo corpore pro tui nominis amore porauit. Per dominum nram iesum christum filium tuum: Qui tecum uiuit et regnat in. Ad matutias omnia festiue de communi apostolorum. Lectio prima.**

**L**ucas natione syrus cuius laus in euangelio legitur apud antiochiam medicine artis egregius. et apostolorum christi discipulus. postea usque ad confessionem pauli apostolum secutus sine macula in pignitate permanens domino maluit finire quam seculo coniugiter uiuere. Tu autem. **Lectio. ij.**

**N**ec ergo diuino stimulat imperio in achate partibus grecis euangelium scripsit in qua incarnationem domini fidelis narratio ne ostendit. Eundemque ex stirpe dauid et origine descendit

se monstravit. Cui non inmerito scribendorum actuum apostolorum potestas in ministerio datur.

**I**ste paulum consummationi apostolicis actibus de dicit quod contra stimulum calcitrante dominus elegisset quod legentibus ac requirentibus deum brevis maluit ostendere sermone quod prolixius aliquid fastidientibus edidisse scies quod operante agricolam oportet de suis fructibus edere

**Tu autem domine. Lectio quarta.** **U**ca igitur medicum ita divina subsecuta est gratia ut eius medicina non solum corporibus sed etiam proficeret animabus. Hic neque uxorem neque habes neque filios septuaginta et quatuor etatis habens annos obiit in bithynia. plenus spiritu sancto. et sepultus est in eadem civitate. Tu autem domine.

**U**icesimo autem. **Lectio v.** anno constantini imperatoris ossa eius cum reliquis beati andree apostoli constantinopoli translata honorifice sepulta sunt. Huius luce aliorumque euangelistarum ezechiel propheta ad mirabiles virtutes quas celesti visione sub figura quatuor animalium desiderat plenissimo sermone describit. Tu.

**I**ohannes quoque apostolus. **Lectio vi.** stulus qui erat unus ex eis et ipse visione doctus spiritali intra prima ecclesie sacramenta eorumdemque euangelistarum

facit mentionem. Tante erant dignitatis euangeliste quod redemptoris nostri facta et dicta scribendo memorie tradiderunt ut non solum prophetico sed et apostolico essent testimonio commendandi Tu autem domine.

**Euangelium.** Designavit dominus. **Cetera omnia de apostolis. In secundis vel. an.** Juravit doctorum. **Post primum beatus. de sancto ianuario. an.** Sanctum est verum. **h.** Letami in domino. **Intercedentibus sanctis. Col.** tuis domine ianuario et sociis suis plebi tue presta subsidium: ut ab omnibus noxiis expedita et libera in eternum tibi cuncta profutura percipiat. Per dominum.

**Januarij et sociorum eius xij octobris celebrat sicut dicitur martiribus. Ad mag. an.** Beatus ianuarus orabat dicens domine iesu christe qui me ex utero matris mee usque ad hanc horam custodire dignatus es: adhibe solitam pietatem custodie tue et libera me a feruentis fornicis incendio. **Et habentur laudes proprie ut sequitur. Ad laudes an.** Sanctus ianuarus beneventane civitatis episcopus a timotheo iudice percussus ad palmarum martirij cum sociis pervenit. **an.** Cum opinionem sancti viri timotheus insanus audisset. iussit eum eberi et fornicem igne succedi: